



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCCLXXXVII. Markgraf Ludwig consentirt in die von seinen Brüdern
Stephan und Ludwig mit dem Könige Karl und dessen Bruder Johann
geschlossenen Verträge, den 26. Mai 1349.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

ligen geschworen, vndt darvber zu vhrkunt geben wihr diesen brief mit vnserm Insiegel versiegelt, der geben ist zu Elteuil, nach Christi Geburt MCCCXLIX. Jare, des Dienstags vor Pfingsten.

Nach Pelzel's Kaiser Karl IV, Urkundenbuch zum 1. Theil S. 150

DCCCLXXXVII. Markgraf Ludwig consentirt in die von seinen Brüdern Stephan und Ludwig mit dem Könige Karl und dessen Bruder Johann geschlossenen Verträge, den 26. Mai 1349.

Wir Ludwig, von Gottes Gnaden etc., voriehen und thun kunt (ut supra), das Wir gelobt haben und globen auch mit geschwornem Eyde, mit gutten Treuen ongefertlich, das Wir die Süne und freuntliche Vorrichtung und Teyding, die zwischen dem Allerdurchleuchtigsten Fürsten und unsern gnädigen Herrn, Herrn Carl, Römischen König etc. und dem hochgebornen Fürsten Herrn Johansen seynem Bruder an eynem Teil, und Stephan, Ludwig unsern Brudern und andern unsern Geschwistern an dem andern Teil, gescheen, gemacht und vberinkomen ist, in allen Puncten, Stücken und Articeln, von Wort zu Wort, als unser Brieue sprechen, die Wir dorüber gebend habend, gantz, stete und unverrückt haben, halten und vollen daz mit wolbedachtem Mute, mit rechten Wissen und mit guten Willen zu den Heyligen geschworen, und des zu Urkund, Datum etc. ut supra.

Nach Sommersberg, Script. rer. Silesiac. I, S. 980.

DCCCLXXXVIII. König Karl berichtet, wie sich ihm der Markgraf Ludwig von Brandenburg unterworfen und Graf Günther von Schwarzburg auf das Reich verzichtet habe.

Princeps et Conlangwinee karissime. Quanto dilectionem tuam et nostrae Maj. successibus jocundius laetari conspiciamus, tanto uberioris gratiae et benignitatis flagrantia ea, quae nostrae Serenitati eventu felici proveniunt, tibi intimare et scribere delectamur. Ecce qualiter nutu Dei Omnipotentis, cujus pietate singula diriguntur, dum trans partes Rheni de adjutorio tam illustrium Principum, Comitum, Baronum et Procerum aliorum, nec non quamplurimum civitatum sacri Romani imperii, fidelium nostrorum, feliciter venissemus et demum in castris prope Coloniam in vicinitate et aspectu nostrorum hostium, qui se metu nostri advenientis exercitus, fossatis et aliis cautelis munierant, regia fortitudine maneremus, Gvntthero, Comite de Swarczburg, cum nostram potentiam considerasset attente, de suo statu dubitante, totus aemulorum et rebellium dispergebatur exercitus, aliis quoque ad montana, aliisque ad Renum descendantibus fugitive; praedictus Gvntthervs, Lvdewicus, na-

tus quondam Lvdewici de Bauaria, qui se nominat Marchionem Brandenburgensem, Rypertvs, Comes Palantinus, (et Henricus de Wirneborgh depositus Maguntinensis) *) ad praedictum opidum fugierunt, in ipsoque magnifice obsedimus, et suae potentiae prostratis viribus, coëgimus manifeste, quod Lvdovicvs et Rypertvs praedicti ac provisores ecclesiae Maguntinae nos Romanum Regem et suum verum Dominum cognoverunt, et praesentia multorum Principum et militiae copiosae ibidem in campis, dum adhuc in obfessione manerent, quod nos quamdiu duxerimus, talem reputare, nec non Principatus, terras et dominia a nobis tanquam a Romanorum Rege et ordinario Domino suo, in pheidum, dum moniti fuerint, suscipere debeant, corporaliter juraverunt. Et specialiter Gvnthervs de Swarczburg praedictus, dum visa nostrae Serenitatis potentia, manus nostras non posset effugere, renunciavit imperio et omni juri, si quod sibi fuit per electionem sicut putabat, aut alias acquisitum, nobisque promisit, veluti servitor noster, in omnibus cum debita fidelitatis obsequiis obedire. Et per Dei omnipotentis misericordiam univcrsa nostra negotia sic prospere sicque fideliter diriguntur, quod auxiliante Deo, sine cujus ope nihil proficitur, et de nostrorum principum, Comitum, Nobilium et civitatum Imperii consilio et adjutorio speciali, pro consolatione Christiani populi, speramus breviter pacem in terris et gratiam stabilire. Dat. etc.

Nach Mencken, Scriptores Rerum Germanicarum praecipue Saxonicarum III, S. 2035.

DCCCLXXXIX. Des Erzbischofes von Chur Citation der Gemahlin des Markgrafen Ludwig von Brandenburg, der Margaretha von Tyrol, vor das vom Papste dazu angeordnete geistliche Gericht wegen ihrer Ehescheidungs-Angelegenheit, vom 30. Mai 1349, mit Einschaltung einer päpstlichen Bulle vom 17. Dezember 1348.

Vlricus, dei et sancte apostolice sedis gracia Episcopus Curiensis, Omnibus et singulis ecclesiarum Rectoribus et ceteris clericis, per Curiensem atque Pragensem aliasque Ciuitates et earum dyoceses constitutis, Salutem in Domino et mandatis nostris ymmo verius apostolicis subscriptis firmiter obedire. Noueritis omnes et singuli, nos rescriptum apostolicum ad nos delatum, non Cancellatum, non abolitum uel abrafum, sed expers prorsus omni suspicione, ut apparuit, sub Bulla plumbea et filo canapis, nos reuerenter recepisse continencie in hec verba: Clemens episcopus seruus seruorum dei Venerabilibus fratribus Patriarche aquilegenfi et Episcopo Curiensi salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis pro parte dilecti filij, nobilis viri Johannis Comitum Tyrolis, nati clare memorie Johannis Regis Boemie, peticio continebat, quod licet ipse et nobilis

*) Die eingeschlossene Stelle enthält eine von dem Herausgeber willkürlich vorgenommene Aenderung. In dem Abdrucke bei Mencken heißt es statt dessen Wilhelmus de Wirtinborgh depositum mag